

1606 novembre 9. Vilafranca del Penedès

Matías Pinyol i Gaspar Figueres, preveres beneficiats en l'església parroquial de Santa Maria de Vilafranca del Penedès, marmessors del testament de Joan Xam, difunt prevere beneficiat en dita església, estableixen Francesc Huget, estudiant en arts, veí de Barcelona, en una peça de terra, en part erma i en part plantada de vinya, d'aproximadament dos jornals, situada en el territori de Vilafranca del Penedès, al lloc dit la Pelegrina, a cens de 10 sous a pagar anualment per la festa de sant Miquel de setembre. Es paguen d'entrada cent trenta-tres lliures de moneda barcelonesa, quantitat que els dits Pinyol i Figueres reconeixien rebre de mans de Miquel Vinyals, mercader de Barcelona, com a procurador del dit Francesc Huguet. El mateix dia, en la terra de la Pelegrina, en presència de Lluís Argenter, burgès i notari de Vilafranca del Penedès, i de Francesc Reig, sabater, i Pau Bolet, pagès, ambdós del dit lloc, es fa el traspàs de la possessió corporal de la terra establerta.

A. L'Hospitalet de Llobregat. Arxiu Municipal. Al dors «Stabliment fet y fermat per los venerables monsenyor Mathia Pinyol et mossèn Gaspar Figueres, preveres y exequutors del testament y ultima voluntat del [venerable] mossèn Joan del Xam, quòndam prevere, de una peça de terre, part campa y part vinya [conreada, de dos] jornals, scituada en lo territori de Vilafrancha, en la partida dita la Pelagrina. La entrada de dit stabliment són C XXXIII lliures, sous, dic C XXXIII lliures, sous».

In Dei nomine. Noverint universi quod nos, Mathias Pinyol et Gaspar Figueres, presbiteri, in parrochiali ecclesia Beate Marie Villefranche Penitenciis, | Barchinone diocesis, beneficiati, manumisores et exequutores testamenti et ultime voluntatis venerabilis Ioannis Xam, quondam, presbiteri in dicta parrochiali ecclesia bene- | ficiati, prout de nostra manumissoria et potestate pro bene constat eius ultimo et valido testamento, quod fecit, condidit et ordinavit penes notarium infrascriptum, | die decima tertia mensis iunii proxime praeteriti, gratis et ex nostra certa scientia, dictis nominibus, per nos et nostros heredes et successores quoscumque, ad bene | videlicet meliorandum et in aliquo non deteriorandum, dictis nominibus, stabilimus et in emphiteosim donamus et concedimus vobis, honorabili Francisco | Uguet, artium studenti Barchinone

degenti, et notario insfrascripto pro vobis stipulanti, et honorabili Michaeli Vinyals, mercatori, civi Barchinone, procuratori et actori videlicet Francisci | Uguet, his presenti et inferius acceptanti et vestris in hic successoribus et quibus volueritis perpetuo vestris tamen consimilibus vestrorum, totam illam peciam terre, partim | campam et partim vinea plantatam, in se duo iornalia vel inde circa continentem, quam dictus venerabilis Ioannes Xam, per purum, liberum, franchum et immune | alodium, dum in humanis agebat, habebat et possidebat in territorio dicte ville, apud locum dictum la Palagrina. Et terminatum dicta pecia terre quam vobis, |⁹dictis nominibus, stabilimus, ab oriente cum honore honorabilis Michaelis Santacana, nunc civis Barchinone, a meridie in honore Iosephi Soler, paratoris pannorum | lane, ab occidente cum honore Bartholomei Rigual, corderii, quibusdam margine et camino mediantibus partim, et partim cum cum honore honorabilis Gasparis | Soler, burgensis, a circio partim cum honore vestro, dicti Uguet, et partim cum honorabili Francisci Raventos, araderii, omnium dicte ville.

Et est sciendum quod predicta | pecia terre quam vobis stabilimus et in emphiteosim, dictis nominibus, donamus et concedimus pertinet et spectat ad nos, ut manumisores predictos, ad dictum | autem venerabilem Ioannem Xam, quondam, presbiterum, pertinebat et spectabat titulis suis certis et legitimis et antiqua possessione vim tituli habente. Hoc itaque stabi- | limentum et in inphiteosim dationem et concessionem facimus nos, dicti Mathias Pinyol et Gaspar Figueres, dictis nominibus, vobis dicto Francisco Uguet absenti | et Michaeli Vinyals, procuratori et actori vestro, presenti, acquisitoribus predictis et vestris et quibus volueritis perpetuo vestris tamen consimilibus et vestrorum de predictis, sicut | melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum, sub tali tamen pacto, forma et condicione quod predicta melioventis | et in aliquo non deterioretis, quodque pro censu predictorum et omnium melioramentorum per vos et vestros in his successores faciendorum, detis, faciatis, solvatis et | prestetis ac dare, facere,olvere et prestare habeatis et teneatis nobis et nostris, dictis nominibus, decem solidos monete Barchinone quolibet anno perpetuo, solvendos in festo | sancti Michaelis mensis septembris, cum toto directo et alodiali dominio, firma et faticha triginta dierum et alio quolibet iure ad dominium directum et alodiale | pertinenti et spectanti. In hic autem non faciatis nec proclametis alium dominum seu

dominos nisi tantum nos, dictis nominibus, et nostros in dicta manumissoria |
successores. Liceat tamen vobis et vestris, post dies triginta ex quo in nos et
nostros, dictis nominibus, fatigati fueritis, predicta que vobis, dictis nominibus,
stabilimus et | in emphiteosim donamus et concedimus vendere, permutare aut
aliter et alienari vestris tamen consimilibus et vestrorum. Salvis tamen semper
in et super predicti | que vobis, dictis nominibus, stabilimus et in emphiteosim
donamus et concedimus dicto censu dictorum decem solidorum monete
Barchinone termino iamdicto solvendorum | et alias iure, dominio, firma et faticha
triginta dierum et alio quolibet iure dicte manumissorie et suorum in his
succesorum et salvo inquam laudimio sive tercio | inde pro predictis solvere
competentis. Pro intrata vero predictorum que vobis, dictis nominibus, stabilimus
et in emphiteosim donamus et concedimus vobis est cen- | tum et triginta tres
libras monete Barchinone. Et ideo, renunciando exceptioni dicte intrate non
habite et non recepte et legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti | valoris et
dolo malo actionique in factum et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec
repugnantibus quovis modo, gratis et ex nostra certa scientia, dictis nominibus, |
donamus et remittimus vobis et vestris donatione pura, perfecta, simplici et
irrevocabili que dictum inter vivos, si quid predicta que vobis, dictis nominibus,
stabilimus et in em-| phiteosim donamus et concedimus plus modo valent aut
amodo valebunt censu et intrata predictis, insuper concedimus, dictis nominibus,
et promittimus vobis, dictis | acquisitoribus, et vestris in his successoribus, quod
de predicta que vobis, dictis nominibus, stabilimus et in emphiteosim donamus et
concedimus, simul cum omnibus melioramentis et | augmentis que inde feceristis
vos et vestri, faciemus, dictis nominibus, vos et vestros et quos volueritis habere
et in sana pace, perpetuo, possidere contra omnes personas, quodque tene- |
bimus, dictis nominibus, vobis et vestris semper de firma et legali evictione et
legittima deffentione earundem et de restitutione ac refectione omnium
missionum, sump- tum, damnorum et interesse littis et extra. Super quibus
quidem missionibus, sumptibus, damnis et interesse predictis credatur et credi
volumus, dictis nominibus, | vobis et vestris vestroque et eorum plano et simplici
verbo, nullo alio probationum genere requisito. Et pro his complendis et firmiter
attendendis, tenendis et irrevo- | cabiliter observandis, obligamus, dictis
nominibus, vobis et vestris omnia et singula bona dicte manumissorie mobilia et
immobilia, habita ubique et habenda, etiam quovis modo | et iure privilegiata; bona

autem nostra noluimus vobis in aliquo sint obligata, cum in his negocium gerinus alienum, renuntiamus, dictis nominibus, quantum ad hec omni | et cuicumque iuri his obviam venienti.

Ad hec ego, dictus Franciscus Uguet, acquisitor qui supra, laudans, approbans, ratificans et confirmans omina et singula supradicta, agens hec | cum licentia, concensu et voluntate dicti honorabilis Michaelis Vinyals, procuratoris et actoris curatorum meorum, necnon curatoris et actoris mei, predictum stabilimentum et | in emphiteosim dationem et concessionem omniaque alia supradicta accepto, sub et cum pactis, formis et condicionibus de super tactis, quibus expresse consentio, prout melius et plenius | superius continetur. Convenio et promitto vobis, dictis Mathie Pinyol et Gaspar Figueres, et vestris in hiis successoribus, quod predictam peciam terre meliorabo et in aliquo non deteriorabo. | Imo illam tenebo prout boni emphiteoti. Interest quodque pro censum predictorum dabo et solvam vobis, dictis nominibus, anno quolibet, perpetuo, dictos decem solidos monete Barchinone de terno | termino iamdicto solvendo et observabo et complebo omnia et singula supradicta prout melius et plenius superius expressant.

Et pro his complendis et firmiter attenden- | dis obligo vobis, dictis nominibus, et vestris in dicta manumissoria successoribus, specialiter et expresse, totum ius emphiteoticum quod mihi in predictis acquirituu, et generaliter, sine | periudicio dicte specialis obligationis, obligo vobis, dictis nominibus, omnia et singula bona mea mobilia et immobilia ubique, habita et habenda, etiam quovis modo et iure privile- | giata. Renuncians quantum ad hec legi sive iuri dicenti quod prius transeundum sit per specialiter quam per generaliter obligata, et alii dicenti quod quantum potere creditor de | speciali ypotecha sibi satisfacere manus ad alia non extendat et omni alii iurii his obviam venienti.

Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate, non vi nec dolo sed sponte | iuramus nos, dicte partes, in animas nostras per dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula in quantum | utramque partem nostrum tangut et conferunt semper rata, grata, valida atque firma habere, tenere et observare et in nullo contrafacere vel venire aliquo iure, causa vel etiam | racione. Quibus omnibus et singulis dictus

Michaelis Vinyals, dicto nomine, consensit concensumque suum prebuit tanquam de suis consensu, licentia et voluntate factis.

Hec igitur, | omnia et singula que et prout dicta sunt supra et promissa, facimus, paciscimur, convenimus et bona fide promittimus nos, dicte partes, videlicet utraque partis nostrum alteri et nobis ad invicem et vicissim, necnon etiam notario infraescripto, tanquam publice et auctentice persone pro nobis, dictis partibus, et alteri nostrum et pro aliis etiam personis | omnibus et singulis quarum interest et intererit recipienti et paciscenti ac etiam legittime stipulanti. Nonissime volumus nos, dicte partes, quo de huiusmodi originali nota fiant et fieri possunt duo publica consimilia originalia instrumenta, quorum unum utrique parti nostrum tradatur per notarium infrascriptum.

Actum est hoc Villefranche Penitensis, Barchinone diocesis. |

Sig+++na nostrum Mathie Pinyol, Gasparis Figueres, manumissorum predictorum, et Michaelis Vinyals, consentientis predicti, qui hec, dictis nominibus respective, laudamus, | concedimus, firmamus et iuramus, die decima mensis septembris, anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo sexto, presentibus pro testibus Petro Cosco et Ioanne Olivella, paratoribus pannorum lane, omnibus ville predictæ.

Sig+num Francisci Uguet, acquisitoris predicti, qui hec laudo, concedo, firmo et signo. |

Sig(*senyal*)num Simonis Argenter, burgensis et auctoritatibus regia et reverendi domini archidiaconi Penitensis notarii publici Villefranche Penitensis, barchinonensis diocesis, et per totum etiam Cathalonie prin- | cipatum, qui hec scribi fecit et, absque firma dicti Francisci Uguet, clausit. |

Probatum. Clausum, traditum. |

Sit omnibus notum quod nos, Mathias Pinyol et Gaspar Figueres, presbiteri in parrochiali ecclesia Beate Marie Villefranche Penitensis, Barchinone diocesis, beneficiati, manumisso- | res et exequutores testamenti et ultime voluntate venerabilis Ioannis Xam, quondam, presbiteri in dicta parrochiali ecclesia beneficiati, prout de nostra manumissoria constat eius ultimo | et valido testamento, quod fecit et ordinavit penes notarium infrascriptum, die decima

tercia mensis iunii proxime preteriti, dictis nominibus, confitemur et recognoscimus vobis, honorabili Micha- | eli Vinyals, mercatori, civi barchinone, procuratori et actori Francisci Uguet, artium studenti, quod realiter et de facto in pecunia numerata, in notarii et testium infrascriptorum presentia, dedis- | tis et solvistis nobis, dictis nominibus, omnes illas centum et triginta tres libras monete Barchinone, et sunt pro intrata stablimenti per nos dicto Francisco Uguet, artium studenti, facta, | prout constat de dicto stabilimento penes notarium infrascriptum, die decima mensis septembris proxime lapsi, tota illa pecia terre, partim campa et partim vinea plantata, in se duo | iornalia vel inde circa continente, scita in territorio presentis ville, apud locum dictum la Palagrina, large designata et confrontata in predicto stabilimento desuper calenda- | to, prout hec latius ostenduntur et cermni possunt in dicto stabilimento, de quo publicum fuit receptum et testificatum instrumentum penes notarium infrascriptum die decima mensis septembris | proxime preteriti. Et ideo, renunciando exceptioni pecunie non numerate, non habite et non recepte et doli mali, actionis in factum et omni alii iurii, rationi et consuetudi- | ni contra hec repugnantibus quovis modo, in testimonium premissorum presentem, dictis nominibus, vobis facimus apocham de soluto bonumque et perpetuum finem pactumque firmissimum de ulterius aliquid non petendo et de non agendo solemni stipulacione vallatum in manu et posse notarii infrascripti stipulantis et legittime recipientes.

Actum | est hoc Villefranche Penitensis, barchinonensis diocesis, die nona mensis novembris, anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo sexto.

Sig++na nostrum Mathie Pinyol et Gasparis Figue- res predictorum, qui hec, dictis nominibus, laudamus, concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt Gaspar Mateu, sutor, et Bartholomeus Miró, spassarius, omnes Villefranche Penitensis. |

Sig(*senyal*)/num Simeonis Argenter, burgensis et auctoritatibus regia et reverendi domini archidiaconi Penitendis notarii publici Villefranche Penitensis, barchinonensis diocesis, et per totum etiam Cathalo- | nie principatum, qui hec escribi fecit et clausit |

Probatum. Clausum, traditum. |

Noverint Universi quod anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo sexto, die vero iovis, nona mensis novembris intitulata, presente in his vocato et interveniente | discreto Ludovico Argenter, burgense et notarius Villefranche Penitensis, vice et nomine meis Simeonis Argenter, burgensis, publici regia et reverendi domini archidiaconi Penitensis notarii publici | ville predictae, et presentibus Francisco Reig, sutore, et Paulo Bolet, cultore, omnibus dicte ville pro testibus ad hec vocatis specialiter et assumptis, venerabilis Mathias Pinyol, presbiter in parrochiali ecclesie Beate Marie Villefranche Penitensis beneficiatus, manumissor et exequor testamenti et ultime voluntatis venerabilis Ioannis Xam, quondam, presbiteri in dicta parrochia beneficiatus, u cum venerabili Gaspare Figueres, presbitero, ac hoc acto absente, prout de horum manumissoria constat eius ultimo testamento quod fecit et ordinavit penes notarium infrascriptum, die decima tertia mensis iunii proxime lapsis, vigore stablimenti per ipsum, una cum dicto Figueres, dictis nominibus, facti honorabili Francisco Uguet, artium studenti Barchinone degenti et commoranti, dictis nominibus, constitutus personaliter, una cum honorabili Michaeli Vinyals, mercatore, cive Barchinone, procuratore et actore dicti Francisci Uguet, artium studenti, ante quandam peciam terre partim campam et partim vinea plantatam, per dictos Mathias Pinyol et Gaspar de Figueres dicto Francisci Uguet, artium studenti, stabilitam et in emphiteosim datam et | concessam penes notarium infrascriptum die decima mensis septembris proxime efluxi, que quidem pecia terra, scita est in territorio presentis ville, apud locum dictus la Palagrina, in se duo jornalica vel inde circa continente, dictis nominibus, tradidit possessionem corporalem seu quasi dicto Michaeli Vinyals, procuratori dicti Francisci Uguet, de predicta pecia | terre, cum introitibus, exitibus omnibusque iuribus et pertinentiis suis universis, quam possessionem tradidit dicto Vinyals, procuratori predicto, in hunc qui sequitur modum, | quoniam constituti ambo ante dictam peciam terre, dictus Pinyol, dicto nomine, accepit dictum Michaeli Vinyals, procuratorem dicti Uguet, per eius manum dexteram et intro- missit illum intus dictam peciam terre et ipse, dicto nomine, foras exivit dicto Michaeli Vinyals intus remanente in sua possessione, accipiendo de terra et herbis | dicte pecie terre in signum vere, realis et actualis possessionis per dictum Pinyol, dicto nomine, tradite per dictum Vinyals, nomine procuratorio adepti, protestando quod non solum re sed animo predicta dicto nomine possidere intendebat.

De quibus omnibus et singulis ita peractis, gestis atque secutis petiit et requisivit dictus Vinyals, nomina predicto, | sibi fieri, dari et tradi unum et plura et tot quot necessaria fuerint publica consimilia instrumenta per me, dictum et infrascriptum notarium, ad memoriam rei geste.

Que fuerunt a[cta]¹ in territo- | rio Villefranche Penitensis, anno, die, mense et loco quibus supra, presente dicto Ludovico Argenter, vice et nomine meis, dicti Simeonis Argenter, et presentibus testibus antedictis | ad premissa vocatis specialiter et assumptis prout superius continentur. |

Sig(*senyal*)num Simeonis Argenter, burgensis et autoritatibus regia et reverendi archidiaconi Penitensis notarii publici Villefranche Penitensis, barchinonensis diocesis, et per totum | etiam Cathalonie principatum, qui hec scribi fecit et clausit |

Probatum. Clausum, tradictum.

¹ *Manca.*